

5615 sacrum Hercul. | mag. vici¹ anni XI. | A. A. Marcii Athenodor. | lib.² Hilarus et Bello, | N. Lucius Hermeros | Aequitas mag. iter.³, | pondera auraria et | argentaria | vicinia posuerunt, | idem tuentur⁴. (*Et alia manu additum*) anno XIX | pro parte, in|vigul.⁵ pro vicin., | una cum magistr. | contulerunt.

Romae sub Aventino rep. (VI 282 ad apographum Marinii). — 1) Cf. supra N. 5615 not. 5. — 2) Athenodori liberti. — 3) Idem Numerius Lucius Hermeros eiusdem vici magister fuerat decem annis ante, scilicet inter primos vici magistris (VI 285), tum nondum Aequitas appellatus; videtur hoc nomen accepisse propter hanc ipsum ponderum curam (Momms.). — 4) Simul curam in se susceperunt ponderum tuendorum; unde explicatur, qui fiat, ut iidem homines post octo annos adiunctis eius anni magistris ad eandem rem pecuniam conferant (Momms.). — 5) Invigulantes.

5616 prid. kal. Martias in curia; scribendo adfuerunt cuncti.¹ Quod verba facta sunt M. M. Remmios Rufos patr. et fil. Iivir. iter. ex sua pecunia pondera et chalcidicum et scholam secundum municipii splendorem fecisse, quae tueri publice deceret, d. e. r. i. c.²: Placere huic ordini, cum M. M. Remmi pat. et fil. Iivir. iter. in edendis muneribus adeo liberales fuerint, ut eorum monumenta decori municipio sint, adeo diligentes, ut vitieis ponderum occurrerint idque in perpetuum providerint, placere decurionibus M. M. Remmios Rufos patr. et fil., dum eei viverent, eorum ponderum et scholae et chalcidi (*sic*) quae ipsi fecissent procurationem dari³, utque servos quei eius redemptus est erit eei⁴ negotio praeponerent neque inde abduci sine decur. dereto, et M. M. Remmis Rufis patri et fil. publice gratias agei, quod iterationem honoris eorum non ambitionei neque iactationi suae dederint sed in cultum municipi et decorem contulerint.

Ex rudericibus Herculanei extracta saec. XVI (X 1453 bis descripta). Versuum distributio incerta est. — 1) Similiter supra N. 272. — 2) De ea re ita censuere. — 3) Scr. habere. — 4) Sic alterum apographum, servos eius . . . mpus est . . . neg. alterum; fuisse servos quei eius rei k. (kausa) emptus est erit proposuit Momms.

Titulos in ipsis ponderibus vel mensuris scriptos alio loco dabimus (instr. dom.).

5617 C. Popillius Philodespotus | Iovi d. d. mensam et horolog.

Allifis, mensa (IX 2524 vidit Mommsen).

Alias horologiorum mentiones habes supra N. 4845. 5548. VI 40257. VIII 4515. X 4617. XIV 5947 cet. In horologio solaro est XI 4749.

5618 Q. Murrius | Thales | horilegium | col. fabr.¹ d. d.

Tarracone (II 4516 vidit Huebner). — 1) Collegio fabrum.

5619 L. Sepunius L. f. Sandilianus, | M. Herennius A. f. Epidianus | duovir. i. d., scol.¹ et. horol. | d. s. p. f. c.²

Pompeis in foro triangulari, hemicyclium, est Neapoli (X 851 vidit Mommsen). — 1) Scholam. — 2) De sua pecunia faciendum curarunt.

Iidem duoviri etiam in aede Apollinis horologium dedicaverunt, X 802.